



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Confessionale, || In Qvo || Vniversa || Materia De ||
Confessione Pec-||catorvm Apvd Catholicos || vsitata per
Quæstiones explicatur**

Eisengrein, Martin

Ingolstadii, 1577

VD16 E 795

XII. Cùm Deus per Prophetam palàm p[ro]nuntiet, se, quacunq[ue] hora peccator ingemuerit; iniquitatu[m] eius nolle recordari: cur insuper à contrito, Co[n]fessio peccatorum, tanquàm necessaria ad ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-30362

Caput I. De Necessitate

Iam eorum obseruantiam præcisè ad vitam sufficere; sed voluit significare; neminem, nisi mandata seruet, vitam æternam habiturum. Eodem modo dicitur ad aliud.

Aliter potest responderi; omnia DEI præcepta ad Decalogum quodammodò reduci. Vnde ceremonialia ad præceptum de Sabbatho sanctificando referuntur, quod extendi solet ad cultum Diuinum, quem à nobis exigit DEVS, ad quem pertinet præceptum, de Sacramentis administrandis, vel suscipiendis, traditum.

Quæstio XII. Ezech. 18. Cùm DEVS per Prophetam palàm pronuntiet, se, quacunq̃ue hora peccator ingemuerit; iniquitatum eius nolle recordari: cur insuper à contrito Confessio peccatorum tanquam necessaria ad salutem requiritur?

Respõsio. PEccator, etiam cùm assecutus est gratiam per cordis poenitentiam, tenetur nihilominus ob præceptum, tam DEI, quam Ecclesiæ, confiteri Sacerdoti.

Nec obstat illud argumentum, quòd cessante ratione, & causã legis, ipsius quoque legis vis, & obligatio cesset. Et cùm ratio & causã, ad quam Confessio instituta est, sit

est; fit peccatorum remissio: Hæc autem remissio per contritionem iam facta fit; ideò sequi, quòd cesset quoque vis præcepti, de confitendis peccatis Sacerdotibus.

Non, inquam, obstat hoc, quia DEVS à peccatore offensus; etiam si propter penitentiam cordis culpam ei remittat; id tamen loco satisfactionis à peccatore exigit, ut coràm suo Vicario se humiliet, & confiteatur, Absolutionemque petat. A quo nisi absoluetur, dicitur quodammodò in peccatis permanere; etiam si culpa fuerit per contritionem remissa. Quare, remissa culpa, manet adhuc ratio, & causa præcepti; nimirum ut DEO satisfiat eo operum genere, quod ipse à nobis exigit. Cùm alia ratione illi satisfacere iustè non valeamus.

Estne Confessio adeò necessaria ad salutem, sicut Baptismus; ita ut nunquam liceat illam ommittere?

*Quæstio
XIII.*

Confessio non est adeò necessaria ut Baptismus. Nam puer sine actuali Baptismo non potest saluari; potest autem homo adultus salutem consequi sine actuali Confessione.

Responsio

B 4 Sed